Quelle: http://manuscripta.at/?ID=5639
Copyright: Herzogenburg, Augustiner-Chorherrenstift



vel vires eius excedit. Spe vero qui vobis pre
est: non se existimet potestate dominante ꝑ
charitate piuente felicem. Honore coram
vobis prelatus sit vobis: timore coram deo
substratus sit pedibus vestris: circa omnes
semper bonor operis prebeat exemplum.
Corripiat inquietos consoletur pusillani
mes: sustineat infirmos patiens sit ad
omnes. Disciplinam libens habeat me
tuendus imponat: et quanquam vtrumq;
sit necessarium: tamen a vobis amari plu
ripetit quam timeri: semp cogitans de
se pro vobis redditur esse rationem. Un
de vos magis obediendo no solum vestri
sed et ipsius infirmi: quia inter vos qui to
m loco superiori tanto periculo maiori
versatur. Donet dominus vt obseruetis
hec omnia cum dilectione hominum tanq; spiritu
pulcritudinis amatores: et bono xpi odo
re de bona conversatione fragrantes: no
sicut serui sub lege sed sicut liberi sub gra
constituti. Vt autem vos in hoc li
bello tanq; in speculo possitis inspicere:
ne per oblitionem aliquid negligatis
semel in septimana vobis legatur: et vbi
inveneritis vos ea que scripta sunt face:
agite gras domino omni bonorum largitori.